Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in VIII libr. philosophicorum Arist. exceptus a Michael Schweizer, mon. Salemitani professo - Cod. Ettenheim-Münster 359

Specius, Johannes

[S.l.], 1596

Quaestio 3tia

urn:nbn:de:bsz:31-132384

Visual Library

[Ultima proprietas] naturaliter ferri ibique manere & quiescere. Alia proprietas
loci est ut trahat locatum ad se non quidem in
genere causae efficientis quasi locus vim aliquam
ad locatum transmitteret adeoque trahendo locatum
ipse quoque moveretur sed movet & trahit illud in
genere causae finalis tractione metaphorica tanquam
finis & bonum. Ad hanc proprietatem refertur
illa qua locus dicitur habere vim generandi conservandi
et ac perficiendi id cuius est locus: videmus enim non
omnia loca omnibus generari, perfici & conservari, sed
alia aliis. Innuit hanc proprietates Aristoteles de
48. ubi ait locum esse similem locato illumque esse
tanquam actum & formam hunc tanquam potentiam et
[Quare locatum maneat in suo proprio loco.] materiam. Moratur autem locatum in suo proprio loco
tum quia est veluti pars ipsius; omnis autem pars suapte
natura manet in toto tum quia ultimum corporis continentis
convenit cum externa superficie corporis locati & ad
suum locum naturalem delati: conveniunt in qualitate
pora ista saltem secundum unam qualitatem ex quo et
congenia seu ~~similia~~ symbola vocantur. Plura
de loci proprietatibus legantur apud Pererium lib. 11.
tot. in explicatione capitum quinque priorum quae et
dubia quaedam huc spectantia libro ac diffusius explicat

Quomodo res in loco sint
Quaestio 3tia.

[illegible]rum aliæ ab omni materiæ gerentione libera sit ut Deus
Angeli Ani[mæ] etc. aliæ ex materia genita ut Entia natu-
[r]alia mundusque hic ex ijsdem iunctus aspectabilis et unde
corporatus; De singulis ordine dicemus. Et
[pri]dem memoria tenendum est quod insinuavimus
[i]bi duobus modis aliquid in loco esse posse uno defi- Duobus modis aliquid est in loco.
[ni]tive altero circumscriptive seu commensurative.
[Qu]id sit esse in loco definitive non eodem modo abom-
[ni]bus tam philosophis quam theologis explicat. Quidam Quorundam opinio quid sit aliquid esse in loco definitive.
[si]unt ad hoc ut aliquid existat in loco definitive
[requir]i esse si definiatur certo quodam spatio ita ut in
[i]llo illo spatio sit et non in maiori sive sit in alio
[lo]co et definitive sive non. Alij dicunt esse in lo[co] Aliorum opinio
definitive nihil aliud esse quam totum locatum in
[to]to loco et totum in qualibet parte loci existere.
[Al]ij communiter dicunt existere in loco definitive nihil Alia opinio
[ess]e aliud quam ita esse in loco uno ut non possit esse in
[a]lio simili loco diverso sive partes loci respondeat
[part]ibus locati sive non. Circumscriptive illud in lo[co] Quid sit in loco esse circumscriptive.
esse dicitur quod ita est in uno loco ut totum locatum sit in
[to]to loco et singulæ partibus locati respondeant singulæ
[part]es loci. Alij non tantum hoc requirunt ad circumscriptionem Alij addunt aliquid sed male.
addunt et necesse esse ut locatum in illo tantum sit loco
[ci]rcumscriptive a quo circumscribitur ita ut non sit alibi
[sed] tamen additio non videtur absolute probanda ut in progressu
[pa]tebit. His notatis ponuntur sequentes assertiones.
[As]sertio prima Deus opt. Max. non est in ullo loco ut Assertio prima

definitive ut circumscriptive quomodocunque tandem
modi isti definiuntur ac circumscriptius existendi
loco explicentur. Quod non sit in loco circumscriptive

Quare Deus non sit in loco circumscriptive

probatio notum est cum Deus sit omnino simpliciter compositio-
nibus ac proinde multo magis corporeae commensu-
rationibus expers. Quod definitive in loco non sit probatur et decla-

probatur negative

ratur ac iuxta tertium eundem modum clarum est
quod Deus non sit in loco definitive: sed nec iuxta pri-
mum et 2dum. quia hi duo modi tantum conveniunt illis rebus
quae ita sunt in loco definitive ut tamen non sint ubique.
Ubiquitas enim et definitio in loco sunt oppositione contra-
riae. Unde sanctus Thomas Gabrielem secundum rationem
definitive in loco existentem tenentem opponi-
nat solus + [illegible] q. 2. et alibi quod nullus ex ista ex-
plicatione sequitur Deum fore in loco definitive. li-
cet enim Deus totus sit in toto loco et totus in qua-
libet parte loci, non tamen ita est in qualibet loci parte
quin simul sit ubique. Unde si Deus per omnipotentiam
suam corpus ut Angelum aliquem in omnibus [illegible]
collocaret definiret Angelus ille haud dubie defi-
nitive in loco existere.

Assertio 2da. Deus est in loco repletive

Assertio 2da. Deus est in loco repletive ut loquuntur Theo-
logi, quia omnibus rebus locisque adest per essentiam praesentiam
et potentiam ut tam fidei quam etiam lumine naturali [?]

obiectio

Dices si Deus ~~Deum~~ Corpus Angelum [illegible] poneret in omnibus

...dib9 tunc aliqua res creata eodem mō quo Deꝰ in
...uo eet repletiuꝰ q. vdr absurdū. Rñdet eodem mō *solutio*
...o quo Deꝰ in loco existimum quantū attinet ad
...extensionem seū repletionē magnā tn̄ adhuc fuber..
...discrimē q. vdꝫ Deꝰ propria virtute ac potiā
...biꝗ eet Angelꝰ vº aliena sibiqꝫ communicata. Mo
...g quo chrꝰ Deꝰ ē in sacra Eucaristia expli
...r à Theologis in 3tia pte D. Thomæ vbi
...t alia pgamꝗ.

Tertia 3tia Angeli st in loco definitiue circūscriptiue *Tertia 3tia*
...odis: qa Angelꝰ ē in spatio certo vt n̄ sit in
...maiori & est totꝰ in toto & totꝰ in qualibet pte
...ita ē in uno loco vt n̄ sit in alio; idq et de
...ia tam separata quā in corpe inexistente intelligē
...m est. Quomodo vº Angelꝰ in loco sit p analo
...iam ad modum quo corpa in loco st intelligimus,
...o modo st: In modo quo corpa in loco ex *Nota*
...unt duo st q. sua quadam roē Angelicæ
...ccomodari possunt. 1m. ē substa essentia seu commen,
...tio corpris locati cum quantitate loci. Alterū
...gtaiꝰ qdam quātitatiua & physica locati corporis
...m loco existentis in hoc q. superficies loci & locati im,
...diatę simul & ptiguę sint. Duo hæc suo quoquo
...modo st in loco Angeli; adest n. loco p suam enti,
...tatem sicut aqua v.g. vasi in quo ptinetr secūdū
...titatem suam: Deinde non qdem physice ac ppriè
...

sed metaphoricè tangit locum, se quidem hoc ipso quod [illegible] entitatem loci adest; illa enim ipsa praesentia est aliqua quaedam analogica et metaphorica. Secundo hoc ipso tangit quod aliquid in loco operatur, ut virtutem suam ad aliquid in loco producendum applicat et effectum producat.

Assertio 4ta. Assertio 4ta. Sola corpora circumscriptivè sunt in loco. Probatur quia sola corpora propter extensa partes sunt [illegible] dunt et commensurantur loco. Dubitabis quid in loco est circumscriptivè divinè quoque possit esse in loco definitivè. Respondeo quod est in loco circumscriptivè definitivè quoque esse in loco secundum se ac [illegible] rationem [illegible] positam definitivè in loco existendi non tamen è conversa: Minimè nam secundum rationem [illegible] nullum enim corpus totum est in toto loco et totum in quavis parte ut per se manifestum est.

Quomodo cœlum sit in loco. Quod ad cœlum attinet magna est apud philosophos controversia utrum et quo modo in loco sit. Dicendum est 1° si cœlum accipiatur pro toto aggregato corporum cœlestium illud haud dubiè esse in loco: Nam cœlum lunae continetur à cœlo Mercurij, hoc à cœlo Veneris et sic deinceps [illegible] refert quod superficies concava cœli supremi non continetur ab alia superficie corporis illius continentis; nam à [illegible]

Nota bene. ri sumitur denominatio cum enim decem cœli in [illegible]

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

[...]solute dicendū ē cælū in loco eē. De ultima s[...]a De ultimo cælo difficultas.
[...]a q̄ sec̄dm Aristotelem ē quã sec̄dm rei ueritatem [...]nde
[...]ma difficultas maior existit. R[espon]dent aliq illud nullo quorundã opinio
[...]o eē in loco qa inquirunt ad essentiam loci spectat [...]
[...]es quana q̄ locatum ambire possit: Cælū ultimū
[...] superficiem qua circumambiat cum extra illudū
[...] nisi spatium imaginarium, q̄ cælum supremū
[...] loco eē non p[otes]t qua sentia fuisse uidetur Aphro-
[...]isiensis, cum ait: cælū nec per se nec per accidens
[...] nec p[otes]ta eē in loco. Sed Auic. sentire aduer- sit aduersa Arist.
[...] Aristoteles cap. 3 tex. 45. asserens cælū eē in loco
[...]o aunte & sec̄dm suas partes quo loco melior philo-
[...]sophorum sentia intelligit cælū supremū ac summū
[...] n̄ aut cæli inferiores superioribus subiecti ac subor-
[...]dinati: tum qa in illa tota disputatione cælorum
[...]feriorū mentionem n̄ fecit: tum qa disertis nec
[...] affirmauit cæli partes eē quodamodo in loco q̄
[...]e cælis inferioribus respectu superiorū dici nō p[otes]t
[...]um inferiores in superioribus n̄ quodamodo simpliciter
[...] spiritue in loco nisi. Accedit q̄ n̄ alia de causa
[...]ridem diuisiuem illam loci in cū q aliud [...]
[...]um q potestate locus uocatur attulerit quã ut
[...]na rōe cælum supremū in loco eēt ostenderet.
[...]taq, oīo respondendum ē cū sentia S. Thomæ sup cap. 5
[...]ex. 43. quem sequitur tol. 4 phys q. 7. Conimbr. ibidem
[...]circa caput 5. q. 2. art. 2. Cælum eē in loco secundum

pter interiores & extremas quas continet & ex quibus compo-
-nitur. Ratio est quia locus quem requirit per motum localem ut ait Pe-
tru 32. ait Pater: quod secundum se totum mutat locum
et secundum se totum est in loco ut corpora simplicia
quae motu recto feruntur ex uno loco ad alium; quaedam
non mutant locum secundum se tota sed tamen secundum partes simi-
liter et in loco sunt non secundum se tota sed tamen secundum
Obiectio partes cuiusmodi mobile caelum est. Quod si obiicias
partes caeli non esse in loco per se sicut non habent esse per se
Solutio Respondetur quamvis non sint in loco actu tamen esse in loco
potentia: quia si dividerentur & separarentur a se invicem
essent in loco per se. Nec obstat quod caelum cum incor-
ruptibile sit reipsa dividi non possit satis enim
est repugnare illi divisionem si spectet absolute utique
affectum quantitate. Obiiciunt praeterea caelum supremum
Obiectio alia tam supremum actu supremumque movetur quod actu ac simpliciter
in loco esse debet consequentia probatur quia ut movetur
motu locali ut aliquo alio non videtur ut patet. Si enim
quod fit in loco cum impossibile videatur motum localem
Alia obiectio fieri non tamen in loco fieri. Insuper nobilissimo corpori
cuiusmodi est primum mobile nobilissimus in loco existendi
modus debetur: At contineri loco potestate tantum
pertinens est imperfecte impropriae & quasi metaphorice
in loco existere quod aliquis in loco existendi modus
Solutio caelo supremo concedatur. Ad primum negatur consequentia

…ud probatur motu locali moveri; ad quem non
requiritur ut mobile aliis quodam corpore ambiatur,
sed satis est ut acquirat aliud atque aliud ubi quod
in spatio undique inani et imaginario fieri potest.
Neque vero haec dignitati caeli supremi repugnare vide-
tur: Licet enim modus ille in loco existendi sit
…les imperfectior quam ceteraque corpora caelestia perhiberi
…us in loco existant in ultimo supremo caelo quemi…
nobilissimus modus existendi non quidem in loco sed in spatio,
seu ubi in quo ita se habet itaque circumvol-
vitur ut a nullo corpore superiore comprehendatur ita
…se indigere loco adeoque alteri corpori subiectum esse
…perfectio est potius quam imperfectionis argumentum est ut omni,
…re sane diiudicabit. In textu 41. affert

…tates differentias inter vas et locum: quia locus est immo-
bilis, vas mobile: et omne id quod simul transfertur cum
contento continet ut vas et vicissim quod cum contento
non transfertur continet ut locus. Unde non ineleganter
vocat locum absolute vas immobile et vas locum mobilem. Unde
colligitur tametsi quodlibet vas locus appellari possit
…inicuriora quis locus vas dici patitur lata vocum
…usurpatione ut utrumque locus idem valeat quod continens;
…sed proprie locum velimus neque locum vas licebit appellare
…e neque vasi propria loci conditionem tribuere: Ex quo
…t omnis quod per flumen fertur potius est in vase quam

Differentiae inter vas et locum.

in loco quodam aqua subter navem continens una in navi transfertur; In fluvio autem toto est navis ut in loco non tamen proprie sed potius corpore.

Utrum plura in uno et eodem et unum et idem corpus simul et eodem tempore in pluribus locis esse possit.

Quaestio 4ta.

Non quaerimus utrum haec naturae viribus effici possint id n. omnium iudicio constat fieri non posse quamvis ut Alfara- dre teste referunt Conimbr. q. 4. art. 1o non nemo fuerit repertus qui hoc fieri naturaliter posse iudicaverit: quippe cum et corpus ignis ferrum et corpus aquae panem undequaque facile penetrare videatur. Accedunt tum alia quaedam experientia v.g. quod vas cinere plenum ~~tantum~~ tantundem aquae recipiat quantum vacuum et inane sit id quod alia de causa fieri non videtur quam quod aqua cinerem ipsum intime penetret et in eodem situ cum ipso maneat. Verum opinionis huius falsitatem ut ipsa quoque experientia quotidiana satis manifestat; quippe ut supra in capite diximus locus est a corpore locato separabilis quippe cum in eo corpora sibi mutuo cedant et succedant sese mutuo pellant ac pelluntur neque ullum nisi altero abscedente in alterius locum subeat. Neque hoc tantum in solidis et crassis sed in fluidis quoque

An per naturae vires fieri non possit

Opinio quorundam contraria

Reiicitur haec opinio